

DIE XVI. SEPTEMBRIS.

## B. IMELDÆ VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**OMINE Jesu Christe, qui beátam Vírginem Iméldam, dignítate caritatis amore sauciátam, et immaculátam Hóstia mirabiliter reféctam, in cælum suscepísti : fac nos, ejus intercessióne, eódem caritatis fervóre ad sacram mensam accédere & ut appetámus dissólvi, et esse tecum mereá-mur : Qui vivis.

In j. Vesperis Memoria S. Euphemiae Virg. et Mart.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas : concéde propítius ut, qui beátæ Euphémiae Vírginis et Mártyris tuæ solémnia cólimus & ejus apud te patrocínia sentiámus : Per.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

## IN IMPRESSIONE SS. STIGMATUM S. FRANCISCI C.

DUPLEX.

Omnia (præter Orationem) de Communi unius Confessoris.

Hymnus ita inchoetur : Iste Conféssor Dómini sacrá-tus, Sóbrius, castus fuit et quiétus...

Oratio.

**D**OMINE Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad inflam-mánda corda nostra tui amóris igne, in carne beáti Francisci Passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti : concéde propítius ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferá-mus & et dignos fructus pœnitentiae faciámus : Qui vivis.

In j. Vesperis Memoria S. Lamberti Episc. et Mart.

Oratio.

**D**A, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti Lambérti Mártyris tui atque Pontíficis solémnia cólimus & ejus apud te intercessióníbus adjuvémur : Per.